

Die Abtei Cornelimünster ertheilt Verschiedenen das Recht des Holzfällens.  
1270 Januar 12.

[1]

II. 125.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, Johannes dei gracia electus et confirmatus in abbatem monasterii Indensis et Wilhelmus comes Juliacensis eiusdem monasterii advocatus salutem et cognoscere velletatem. Noveritis, quod nobiles, fideles, ministeriales, milites, vassalli ceterique homines universi ad allodium predicti monasterii Indensis pertinentes ad nostram instantem petitionem ius secandi ligna in communi nemore suo, quod vulgariter Geholzde dicitur, honesto viro fideli nostro dilecto Arnoldo militi domino de Frankenberg et Methildi uxori eius necnon et heredibus suis in perpetuum concesserunt, ipsosque ad hoc ius secandi cum omni plenitudine admiserunt. Ad idem quoque ius Godefridum cellararium et . .<sup>1)</sup> uxorem suam et heredes suos in perpetuum similiter receperunt. Nobis quoque comiti supradicto iidem nobiles, fideles, ministeriales, milites, vassalli ac alii omnes homines ligna illa seu arbores, que infra fossatum, quo . .<sup>2)</sup> qua est, sunt, unanimiter contulerunt. Et nos ea ligna et arbores cum omni iure, quo nobis advenerant, supradictis Arnoldo et uxori ac heredibus eiusdem liberaliter conferimus et donamus, ipsos de eisdem protinus investientes. In predictorum autem omnium testimonium, ut hec robur optineant firmitatis, nos ambo ad instantiam et rogatum predictarum partium utrarumque presentes litteras conscribi fecimus et eas sigillorum nostrorum communivimus impressione. Actum et datum in vigilia octavarum epiphanie Domini anno eiusdem millesimo CC<sup>mo</sup> sexagesimo nono.

Orig. 2 Paar rote feidene Siegesschnüre; an dem 2. ein Siegelrest erhalten, auf dem noch der aufrecht stehende Löwe des Grafen von Jülich erkennbar. In dorso 16. Jhd.: Documentum donationis. Johannen von Mulstroe contra h. abten zu Munster et consortes de anno 1269. pro[ductum] 26. 8bris anno [15]94.